

qui fuit laboratus per Maurontum, & Sigvaldum germanos. Hæc autem omnia, quæ in hoc decreto a nobis facto leguntur, atque deinceps Deo adjuvante ipsi monasterio acquisierimus, quodque a fidelibus hominibus sibi iuste datum fuerit in sempiternum tenendum, possidendum, regendum, utendum, digna & firma, inviolabilique censura confirmamus absque ulla nostra successorumque nostrorum, vel aliquorum hominum contradictione, diminutione, atque oppressione, eo tamen tenore ut liceat 10 regulari Abbatissæ ipsius monasterii, & sanctimonialibus ejus, ibi Deo regulariter servientibus, ea tenere, possidere, & uti sub obtentu divini servitii cum omni pace, quiete, & securitate ad honorem summi, & ineffabilis Dei, non ad damnum, vel detrimentum Ecclesiæ sibi commissæ, & crediti gregis. Propterea statuentes, ordinamus, & observandum censemus, ut nostri successores Episcopi eligant Abbatissas in hoc Monasterio vita, & moribus probabiles, & ad Dei servitium idoneas, quas regulariter 20 ordinent, & sine pecunia consecrent. Si quis vero (quod absit) vel ex nostris successoribus, aut aliquis ex adversantibus hanc nostram institutionem infringere, diminuere, aut calumniare tentaverit, seu aliquid mali, vel læsionis, aut fraudis intulerit, sciat se compositurum auri optimi uncias ducentas, argenti pondera trecenta, medietatem Regiæ Cameræ, & medietatem superscripto monasterio S. Mariæ. Ut autem hoc decretum firmum credatur, & stabile 30 permaneat, manu nostra, & Clericorum nostrorum, atque aliquorum bonorum Laicorum confirmavimus. Actum anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo quinquagesimo septimo, indictione decima. Ego Wido gratia Dei Episcopus Aquensis in hoc decreto a me facto scripsi. Ego Sigulfus Abbas. Ego Ribaldus Diaconus. Ego Joannes Archipræbiter. Ego Azzo Præbiter. Ego Bero prior. Ego Germanus Diaconus. Ego Benedictus Subdiaconus. Ego Lampertus Accolitus. Ego Brunus monachus subscripsi. Ego Benedictus Monachus. Ego Agradus scripsi.

Ad instantiam A. Bonifacii de Porta de Tercio, Guido Episcopus Aquensis, & Comes jussit Novello Notario Imperiali ex originali copiam extraheret, quod spectat ut ibi dicitur Abbatissæ, ac Monasterio S. Mariæ de Campis.

*Donatio Adalasiæ Comitissæ Ecclesiæ Astensis ex Cartul. ejusdem Ecclesiæ.*

Instr. rog. Guisemberto Not. Sac. Pal. anno ab Incarn. D. N. J. C. 1065. 14. die mensis madii indiēt. 3. offertio, sive donatio facta Episcopo sanctæ Astensis Ecclesiæ, ubi nunc D. Girelmus præesse videtur ab Adalasia Comitissa filia quondam Magisfredi marchionis de castro S. Stephani cum capella in nomine S. Stephani ædificata; de castro Canali cum capella ædificata in nomine S. Silvestri cum sediminibus, & omnibus rebus ad dicta castra, & capellas pertinentibus, & omnibus rebus in valle Blandinasca, 60 seu in villa S. Michaelis cum capella, & cunctis pertinentiis in Ventroni, & in Vezano cum capella S. Georgii, quæ est in Novelle, in valle Gadoni,

Loreto, Carugnano, in Valle Plana, in Cerù, Ceredullo, Cerretto, & in Predariolo cum castro, & omnibus ad castra, & capellas pertinentibus.

*Privilegium civitati Savonæ ab Auberto Marchione Savonæ concessum ex Guichenon Bibl. Sebl. Cent. 1. nunc emendatius.*

In nomine sanctæ, & individue Trinitatis. Notum sit omnibus nostris fidelibus, nostrisque hominibus Saonenfis (1) tam præsentibus, quam futuris, quod ego Aubertus marchio promitto, atque spondeo propter fidelitatem, & servitium nostrorum hominum Saonenfium retinendum, quod ab hac hora in antea non intrabo in castello Saonæ per nullam vim ingenium, nullaque occasione quod (2) fieri potest, nec ullam albergariam de castello, nec de burgo, nec de civitate si facta fuerit non requisiero nisi sub testis mansionibus nostros fideles, & caballos nostrorum fidelium majorum seximento (3) personarum, vel de more in castello, sive in burgo, atque civitate si facta fuerit non faciam sine legali judicio, neque a nostris fieri permittemus. Generale placitum nisi semel in anno custodiendi tribus diebus eisdem civibus Saonenfibus non imponemus, & hoc generale placitum non requiro nisi de festivitatem omnium Sanctorum usque ad se tuagesimæ. Contentionem autem vel litem prædii, vel libellariæ, vel cujuscumque rei si venerit in meis prædictis hominibus habitantibus in castello Saonæ, vel burgo, vel civitate cum sacramentales (4) de rebus, vel libellariis injuste abbatis (5) usurpatione per 20 annos. Nam per duos cives Saonenfes qualemcumque litem orta fuerit me definire oportet, quomodo illorum dirigitur consuetudo quidem (6) & spondeo atque promitto ego qui supra Aubertus marchio, vel meos heredes (7) adversus populum Saonenfis hæc statuta violare, vel frangere tentaverimus tunc imponamus auri optimi libras centum medietatem 40 Cameræ Regis, & medietatem jam dictis civibus Saonæ anni ab Incarn. Dom. N. J. C. MLXXI. Ind. 15. Ego Auberto, qui hunc testamentum fieri rogavi ut supra ei relicta est testes fuere Astengo, Carbonus, Daniel, judex interfui.

(1) Comitatus. (2) Quoad. (2) Forte sex, vel octo, vel sequimento. (4) Locus vitiatus, nec correctus facilis. (5) Ablatis. (6) Item. (7) Quod si.

50 *Donatio Adalasiæ Comitissæ Ecclesiæ Astensis ex ejusdem Ecclesiæ Cartulario.*

Die jovis idibus junii indiēt. XII. anno D. Inc. 1089 In nomine sanctæ, & individue Trinitatis. Ego Adalasia Comitissa cum nuru mea Agnete, & filia ejus Agnete reddimus, concedimus, & donamus Ecclesiæ S. Mariæ ad partem Astensis Episcopatus, & domno Oddoni ejusdem Ecclesiæ designato Episcopo abbatiam S. Dalmatii, & plebem de Lovoldeso sicut Episcopus Girelmus aliquo tempore eas melius tenuit: silvam etiam de Bannali sicut inveniri potest per incolas Bajennæ, & S. Al-